Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tatis suę ab incursu inimicorum. et hic et
in futuro protegendo. Sic ppls non peccat.
ut cum sanguine non comedat. quia bouis et
arietis immolatio totius mundi peccata
expiat. Vnde bene subditur. quod unusquisque
bouem suum in manu sua usque ad noctem
adducit. et ibi occidit. dum unusquisque fi
delium ante legem et sub lege positus. in
fide. spe. et dilectione. mysterium passio
nis filii dei excolit. Vsque ad noctem addu
cit. dum in ipsam mortem filii dei semper inten
dit. De qua nocte psalmista dicit. A custo
dia matutina usque ad noctem. speret
israel in domino. Et item. Ad uesperum demorabi
tur fletus. et ad ma[illegible]tuti
num leticia. Per uesperam enim uel noctem passio
uel mors xpi designatur. quia in uespera mun
di agitur. quę circa nonam peragitur. in qua
fletus demoratur. quia in ea et per eam fidelium
luctus excitatur. Per matutinum xpi resur
rectio designatur. quę matutino tempo
re consummatur. in qua leticia demoratur.
quia in ea et per eam fidelium turba letificatur.
Saul altare domino edificat. cum filius dei in sua
passione crucis mysterium in salutem mun
di dedicat. Item primum incipit edificare
altare domino. quia ad crucis mysterium. cunc
torum ab initio seculi fidelium tota decurrit
oblatio. ~~Sequitur.~~
~~Et dixit~~ Saul. Irruam super phy
listiim nocte. et uastem eos usque dum
illucescat mane. nec relinquam de eis
uirum. Dixitque ppls. Omne quod bonum ui
detur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos.
Accedamus huc ad dominum. Et consuluit saul
dominum dicens. Num persequar phylistiim.
Si trades eos in manus israel. Et non respondit
ei in die illa. Dixitque saul. Applicate
huc uniuersos angulos populi. et uidete
et scitote per quem accidit peccatum hoc
hodie. Viuit dominus saluator israel. et si per iona
than filium meum factum est. absque retractatione
morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni
populo. Et ait ad uniuersum israel. Separamini
uos in partem unam. et ego cum ionatha filio
meo ero in parte altera. Et dixit saul ad dominum.
Domine deus israel. da indicium. quid est quod non respon
dis seruo tuo hodie. Si in me et in filio
meo ionatha hęc iniquitas est. da sanctitatem et
da ostensionem. aut si ita est in populo tuo hęc
iniquitas. da sanctitatem. Et deprehensus est iona
thas et saul. ppls autem exiuit. Et ait saul.
Mittite sortem inter me. et ionathan filium me
um. Et captus est ionathas. Dixit autem saul ad
ionathan. Indica mihi quid feceris. Et indica
uit ei ionathas. et ait. Gustans gustaui in
summitate uirgę. que erat in manu mea pau
lulum mellis. et ecce ego morior. Et ait saul.
Hęc faciat mihi deus. et hęc addat. quia morte mo
rieris ionatha. Dixitque ppls ad saul. Ergo ne
ionathas morietur. qui fecit hanc salutem
magnam in israel. Hoc nefas est. Viuit dominus
si ceciderit capillus de capite eius in terram. quia
cum deo operatus est hodie. Liberauit ergo ppls iona
than. ut non moreretur. Recessitque saul. nec perse
cutus est phylistiim. Porro phylistiim abie
runt ~~in loca sua.~~
Dicit dei filius. mysteriorum suorum conscius. sanctis
angelis uel patriarchis. Irruam super phylisti
im nocte. inferorum potentiam. per maiestatis
mę potentiam oppugnando in depositio
ne animę mę. et uastem eos effringendo
carceres. soluendo captiuos. usque dum illu
cescat mane resurrectionis mę. nec relin
quam de eis uirum. religando in abyssum ser
pentem illum antiquum. Hortantur angeli. ro
gant omnes iusti. filium dei. ut quod sibi bonum uidetur
faciat. scilicet ut suis electis. suis captiuis. des
censione sua ad inferos subueniat. Et ait sa
cerdos. Accedamus huc ad dominum. Et consuluit saul